



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 2. Variæ caussæ, ob quas peculiarem pauperum curam gerit Deus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

Matth.
23. 12.
Matth.
19. 30.

tur. Quare, si prophani dicunt: *Sors omnia versat*, multò verius dici potest: *Deus omnia versat*: aut, vt ipse Deus dicit: *Qui se exaltaverit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur*. Quod, nisi fiat in hac vita, certò eueniet in vita futura, in qua erunt primi nonissimi, & nonissimi primi. Hanc spem natura pauperibus suggerit, & authoraturæ.

§. II.

Varia caussa, ob quas peculiarem pauperum curam gerit DEVS.

Hinc altera caussa emergit curæ diuinæ. Prima enim erat, quod ordo viuenter exigeret hanc vicissitudinem; altera autem est, quod ita mereantur, qui se humiliant, vel sponte atque vltro; vel si non vltro, saltem patienter. Hinc enim & Deus peculiarem illorum curam gerit, qui dum suam voluntatem diuinæ accommodant, digni sunt, vt & Deus faciat voluntatem timentium se. Volunt enim, vt summus Pater cuaret, quos, tamquam infimos, nemo curat. Et sanè hinc tertio res ipsa pauperum caussam agit, apud æquissimum iudicem, vt ijs qui maximè ope indigent, maximè opituletur. Quod eum facere, & scri-

ptura

ptura docet, & quotidiana exempla. Nam
ne quis putet, Deum tantum videre splen-
didos, oculi eius in pauperem respiciunt. Et
quia nullam videntur habere opem, qui
idcirco vocantur *inopes*, ait idem Propheta:
Tibi derelictus est pauper. In vitis Patrum,
apud Russinum Aquileensem, *Quidam fra-*
ter requisivit senem, dicens: *Vis ut retineam*
mihi duos solidos, propter infirmitatem corporis? lib. 3. in
Et *videns senex cogitationes eius*, quod vellet
retinere eos, dixit: *Retine.* Reuersus ergo in
cellam frater, cœpit cum cogitationibus propriis presbyt.
collectari, dicens: *putas bene dixit mihi senex,*
anno? Exurgens ergo iterum venit ad senem,
rogans & dicens: *Propter Deum, dic mihi ve-*
ritatem, quia conturbor à cogitationibus meis,
propter illos duos solidos. Dicit illi senex: *Quia*
vidi cogitationem tuam volentem retinere eos,
dixi tibi, ut retineres: nam non est bonum tene-
re plus, quam necesse est corpori. Duo ergo soli-
di sunt spes tua; & si contigerit ut pereant,
numquid Deus non cogitat de nobis? Iacta er-
go cogitationem tuam super Deum, quoniam
ipsi cura est de nobis. Quartò; etsi ad tem-
pus ita sape agatur cum tali, ut etiam à
Deo desertus videatur, ait tamen Dauid,
non in finem obliuio erit pauperis. Quintò, li- Psal. 9. 34.

Psal. 144.

19.

Psal. 10. 4.

Heribert.

Rosvv.

lib. 3. in

vit. PP.

cap. 69.

Ruffin.

cet talis non ipse elegerit pauper esse, fidem oblatam à Deo paupertatem patientem acceptauit, clarè pronunciatur: patientis

Psal. 9. 19. *pauperum non peribit.* Sextò, quòd si sint, qui

Psal. 9. 19. non solùm pauperem derelinquant, sed etiam

Psal. 9. 10. am persequantur: *factus est Dominus refu-*

Psal. 21. *gium pauperi, neq; despexit deprecationē pa-*

25. *peris.* Septimò, nullus pauper ad eum fru-

stra refugit, neq; auditur modò à clementis-

simo patre oratio pauperis, sed etiam exau-

Psal. 34. ditur, ille est enim eripiens inopem de manu

10. *fortiorum eius: egenum & pauperem à diripi-*

Psal. 33. 7. *entibus cum, vnde & alibi dicitur. Iste pa-*

per clamauit, & Dominus exaudinit eum: &

de omnibus tribulationibus saluanit eum.

Octauò, ne quis putet, impunè laturos eos,

qui insidiantur pauperi, aut eum deglubunt,

nec verentur vel nudum spoliare, ecce

Psal. 139. quid rex testetur: *Cognoui quia faciet Do-*

13. *minus judicium inopis, & vindictam paupe-*

Psal. 67. *rum. Itaque diues caderet, cùm dominatus fue-*

11. *rit pauperum. Nonò nec meritis pauperum*

Psal. 68. *præmium deerit: Parasti in dulcedine tua pa-*

39. *per Deus, ait Psalmista; & rursus: videant*

pauperes, & latentur. Hæc est vera lætitia

pauperum; diuitibus autem tristissima-

quæque diuina pagina comminatur. Igitur

ques

quos maximè curat Mundus, minimè curat Deus; & quos despicit Mundus, protegit Deus; & quamvis vtrisque prospiciat suffi-
cienter, pauperibus tamen prospicit etiam
abundanter.

§. III.

Exempla diuinæ erga pauperes curæ.

Ne autem in verbis duntaxat curam, quæ pauperibus est promissa, consistere arbitre-
mur, notum est è sacris libris, non raro idem esse verbum quod factum. *Transseamus* Luc. 2. 15.
usq; Bethlehem, aiunt pastores, & videamus
hoc verbum, quod factum est, quod Dominus
ostendit nobis. Certe, quod dicit Deus, facit;
& quod promittit, præstat. Itaque primò
perspicacissimus ille oculus Mundi, qui
omnia videt, vtique etiam videt pauperes;
neq; eos spernit, aut indignatur vel in sum-
ma maiestatis sede constitutus. *Dominus in* Psal. 10. 5.
templo sancto suo; *Dominus in cælo sedes eius*: Isa. 66. 2.
oculi eius in pauperem respiciunt. Ad quem re-
spiciam, ait, *nisi ad pauperculum?* Quod se-
facere Christus ostendit, quando sedens con-
tra gazophylacium aspiciebat, quomodo turba
iacturei as in gazophylacium, & multi diuites
iactabant multa. Cum venisset autem vidua
una pauper, misit duo minuta, quod est qua-
Marc. 12.
41.
drans